

# TRACTATVS

DE I V R I S D I C . I V D I C .

ordinarij, & delegati, ad vniuersitatem,  
generalitatem, & singularitatem  
causarum: & de iurisdictio-  
ne vicarij, assessoris, arbitri-  
tri, arbitratoris, ami-  
cabilis com-  
posito-  
ris,

In Rubr. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio.

NICOLAI BELLONI CASALEN.

Eiusdem quæstio, An a delegato episco-  
pi, possit appellari ad eius officialem genera-  
lem, uel ad sumnum Pontificem.

L V G D V N I ,

A P V D D O M I N I C U M D E  
P O R T O N A R I I S .

1548



Coll. Soc. Jesu Salam. ex dono Retzum.

# TRACTATVS

D. NICOLAI BELLONI CA-  
falleñ. in Rubric. ff. de officio eius cui est  
mandata iurisdict. de iurisdictione iudicis  
ordinarij, & delegati ad vniuersitatē, gene-  
ralitatem, & singularitatem causarum:

Et de iurisdictione vicarij, seu  
vicegerentis, assessoris, arbitri  
tri, arbitratoris, amica-  
bilis composito-  
ris & iudicis  
chartula-  
rij.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mandare & delegare an differant.
- 2 Paria sunt dicere de officio eius cui est mandata iurisdictioz  
ac de officio delegati.
- 3 Ratio quare sit dictum de offic. eius cui mand. est iurisd. &  
non de officio deleg.
- 4 Mandari iurisdictio dicitur etiam ad unam causam.
- 5 Differentia inter uerba mandatoria & præceptiva.
- 6 Delegatio facta per uerba præceptiva, an extinguitur mor-  
te delegantis.
- 7 Iussus quomodo differat à delegatione.
- 8 Ratio, quare in causa delegata ordinario, extinguatur iuris-  
dictio morte concedentis.

A 2 Deleg



B M E L atque iterum interpretatus sum hanc partem in Italia, ubi ad amissim singula propter circulos examinaui, que hic traduntur per glo. & Doctores, tam antiquos quam modernos. Verum cum plurima sint magis subtilia quam utilia, statui omissio illo ordine breuem tractatum iudicum ordinariorum & delegatorum hic compilare, qui multum aperiet mentem in tota materia iurisdictionum, que infra uenit interpretanda, protestando quodquecunq; dixero, ea intelligo procedere de iure communi circumscriptis statutis & consuetudinibus locorum, & rescriptis principum per quae plerumq; augitur, minuitur, alteratur iurisdictionis iudicium.

In Rubri ibi mandata est iurisdiction. Quero pro intelligentia rub. & infra dicendorū, quid sibi uelint hæc uerba, quia per ea describitur seu definitur nescio quid, & habent in se aliquid latens. Glo. rubricæ in prima cōtinuatione, sentit, & uult quod significant delegatū, id est de officio deleg. dum dicit, vi sum est supra de offi. ordi. nunc delegati. & ita exponit hoc uerbum Mandata, id est delegata. Azo in summa C. de iurisd. om. iudi. Odoſte. Pan. Alexan. Ias. hic, Alber. infra l. j. in prim. & mihi placet, pro qua expositione est gl. in l. j. §. fi. infra e. & in l. nec mandante. ff. de tut. & cur. dat. ab his, dum constituit differentiam inter uerbum iubere, & mandare seu delegare, & alia glo. à nemine adducta in extrauaganti commu. in uerbo iudices §. idem de officio deleg. que in specie declarat hæc rubricam, quare inscriptio dicat mandata, cum hic tractetur de delegatis, & inquit idē esse, et unū pro alio ponī. Et pro his glossis facit l. cognitio §. j. dum loquitur

**Q V A E S T I O , A D Q V E M**  
**S I T A P P E L L A N D V M A' S V B-**  
**conseruatorē. vbi etiam , an possit**  
**appellari à delegato episco-**  
**pī, ad eius officialem ge-**  
**neralē, vñ ad sum-**  
**mum Ponti-**  
**ficem.**

- 1 Conseruator censetur iudex delegatus, & nū.s.
- 2 Appellatur à subdelegato delegati à principe qui totum subdelegauit, ad principem, non ad subdelegantem.
- 3 Delegatus ad universitatem causarum equiparatur ordinario.
- 4 Appellatur à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium.
- 5 Episcopi & eius officialis generalis est unum & idem tribunal, & nū.ii.
- 6 Conseruatorum quot sint species.
- 7 Conseruator quamvis constituantur conseruator & index, non tamen definitissime conseruator, effectus est maximus, ut ibi.
- 8 Conseruator quamvis sit delegatus, non est tamen ad universitatem causarum, sed ad generalitatem.
- 9 Delegatus ad universitatem, generalitatem, & particularitatem causarum quis dicatur.
- 10 Inquisitores dicuntur delegati ad generalitatem, non ad universitatem causarum.
- 11 Utilitas est maxima, cognoscere an quis sit delegatus ad generalitatem, vel universitatem causarum.

Differ



C A D E M I A Dolana ornata & munita est pluribus & honestis priuilegijs, sibi concessis per Martinum Pontificem, ut in eius literis apparet, quæ in frōte statutorū almæ Vniuersitatis habentur: in quibus inter cetera cōstituit D. Archiepiscopū Bison

tinum cōseruatorē dictorū privilegiorū in amplissima forma, dans sibi potestatē uices suas cōmittendi, &c. Nunc D. Archiepiscopus conseruator solet uices suas cōmittere, & aliū subconseruatorem instituere in ciuitate Dolana, qui ius dicit scholaribus: contigit aliquādo ab eius sentētijs appellari. Fuit dubitatū ad quē deberet appellari, & potissima ratio dubitādi fuit, quia nōnulli appellare uolebāt ad Officialē generalē ipsius d. Archiepiscopi, quod nolebat admittere subconseruator, res est delata ad uenerandum collegiū nostrū, in quo diuersē fuerunt sentētie. Ego uero cum nunc paululum otij nactus fuerim, quo potui maturius omnia perpendere & considerare, operæ pretiū duxi his scriptis comprehendere, quid mihi de iure uideatur. Tres fuerunt tunc inter nos opiniones. Sunt qui sentiebant ad summum Pontificem appellandum: sunt, qui ad D. Archiepiscopum: sunt, qui etiā ad eius officialem generalem.

Quod ad summū Pontificem facit quia Archiepiscopus est conseruator, & per consequens delegatus, glo. magistra. in c. j. de offic. delega. in vi. & ibi Io. And. & Gemi. notant, & in cōstitutione subconseruatoris totum subdelegauit, unde sequitur communis conclusio glossarum & Doctorum, quod quando appellatur à subdelegato delegati à principe, t̄ qui totū subdelegauit, debet appellari ad principē, non ad eius delegatū subdelegantē. Et hoc

b 1437/1637

*L V G D V N I*

**Excudebat Ioannes Pullonus,  
alias de Tridino.**

1548.